



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sylva Cogitationum Sacrarum Pro Cathedra Seu Conceptus Prædicabiles

Ex Præstantissimis Authoribus collecti ; Et In tres Classes divisi

Complectens Dominicas Per Annum

Höger, Franz

Ingolstadij, 1726

VD18 90197089

Dominica III. Adventus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53055)

concurrunt, ut, qui non vident, quæ sunt, & videre videntur, quæ non sunt. *Tertull. Educ foras populum cæcum, & oculos habentem. Isaïæ 43. v. 8.*



DOMINICA III. ADVENTUS.

THESIS I. *Tu qui es?* Joan. 1. *Homo quid sis*
v. 19. Ut te ritè cognoscas, te ipsum interroges, oportet: I. *In Ordine Nature;* quid fueris secundum esse tuum ante formationem tuam? quid modò sis in tua existentia, seu consistentia? quid futurus sis in morte, seu tua destructione? II. *In Ordine Gratia;* quid fueris ante peccatum? quid modò in peccato? quid futurus sis post peccatum? *Franc. de Wespim. S. J. in Moral. Evang.*

THESIS II. *Dirigite viam Domini.* Joan. 1. v. 23. Quatuor enim sunt viæ hominis. I. *Via Infirmitatis.* II. *Via Necessitatis.* III. *Via Vanitatis.* IV. *Via Veritatis.* Prima est Jerichuntina

Via.

tina, per quam transit homo, in imagine Dei, more fluentis aquæ: secunda est via universæ carnis, Mortis: tertia via in peccatis: quarta est Charitas. *Petrus Bless. Serm. 2. in Adventu.*

Peccator. THESIS III. *Parate viam Domini.* Matth. 3. v. 3. Peccatores vadunt cogirando. II. cadunt consentiendo. III. Conteruntur operando. IV. Illaqueantur per consuetudinem. V. Capiuntur in morte. *Hugo Card. sup. Proverb. c. 28.*

Via. THESIS IV. *Parate viam Domini.* Matth. 3. v. 3. Tria sunt genera, quæ odit via cæli: I. Remanentem. II. Retrocedentem. III. Aberrantem. *S. Aug. tit. de reditu ad Patriam.*

Vox. THESIS V. *Ego vox.* Joan. I. v. 23. Joannes totus erat vox, quia omnes ipsius operationes clamabant: *Oculi, manus, lingua, pedes, vestimentum* in Joanne vox erant, quia illis omnibus prædicabat Modestiam, Humilitatem, Contemptum Mundi; vox, quæ etiamnum nostris insonat auribus,
præ-

præbens bonum exemplum. Etiam hodie clamat Joannes exemplo, & verbo, & vocis suæ tonitruo deserta nostrorum concutit peccatorum. S. Ambros. Serm. 9. Finetti Clericus Regular.

THESIS VI. Non sum. Joan. Humilitas.
I. v. 21. Homo nihil est I. consideratus in Statu Naturæ. II. in Statu Gratiæ. III. in Statu Peccati. IV. in Comparatione cum aliis. Segneri. Manna I. Aug.

THESIS VII. Parate viam Domini. Matth. 3 v. 3. Triplex ad Gratiam præparatio. I. Una ad Gratiam Prævenientem. II. Altera ad sanctificantem. III. Tertia ad augmentum Gratiæ Sanctificantis. Menoza in l. 1. Reg. c. 7. fol. 476.

THESIS VIII. Tu quis es? Joan. Cognitio sui.
I. v. 21. Cognitio sui stat in tribus, I. ut cognoscat homo; quid facit. II. quid meruit. III. quid amisit. S. Bern. Serm. de 7. gradib. Confess.

THESIS IX. Tu quis es? Joan. Humilitas.
B I. v. 21.

I. v. 21. I. Esse bonum, & videri bonum res est periculosa. II. videri bonum, & non esse bonum, hypocrisis est vitiosa. III. Esse bonum, & non videri bonum, est conditio optima, & status humilium. *Crasset.*

Vox. THESIS X. *Vox clamantis.* Joan. I. v. 23. Triplex vox nos vocat ad pœnitentiam. I. una è Cælo, qua Beati testantur, se non nisi duce Pœnitentiæ ed pervenisse. II. Altera ex Sepulchro, qua mortui nos instruunt de vanitate earum rerum, quæ nobis impedimento sunt ad agendam pœnitentiam. III. Tertia ex Inferno, qua Dammati nobis significant, se non alia de causa æternum infelices esse, quàm quòd pœnitentiam agere neglexerint.

Impedimenta vocis. THESIS XI. *Vox clamantis.* Joan. I. v. 23. Quatuor impedimenta sunt, ne vox aliqua audiatur. I. Si organum auditûs destructum est. II. Si aures digito obturantur. III. Si interlocutores adsunt. IV. Si strepitus, vel tumultus excitetur. Primum fit, si in loquente non consideratur Deus; secundum, per carnalia desi-

desideria; tertium per respectum humanum; quartum per curas, & animi perturbationes.

THESIS XII. *Vox clamantis.* Joan. *Vox.*
 r. v. 23. Peccator omnis econtra
 haber vocem feræ. I. Superbus vo-
 cem Leonis. II. Avarus vocem Mil-
 vi. III. Luxuriosus vocem Porci.
 IV. Iratus vocem Serpentis. V. In-
 vidus vocem Draconis. VI. Gulo-
 sus vocem Lupi. VII. Piger vocem
 Onagri. *Vide le Blanc in Ps. 76- v. 2.*
tom. 4. sect. 1. Art. 1.

THESIS XIII. *Non sum.* Joan. *Deceptio*
 i. v. 21. Aliqui non sunt in se, nec *hominum.*
 sunt apud alios Boni. II. Aliqui
 non sunt in se, sunt tamen in opi-
 nione aliorum Boni. III. Aliqui
 sunt in se, & non sunt apud alios
 Boni. IV. Aliqui sunt in se, &
 sunt apud alios Boni. Ita nempe
 Mundus vult decipi: non ita res ha-
 bet apud Deum. *Craffet.*

THESIS XIV. *Medius autem ve-*
strum stetit, quem vos nescitis. Joan. i. *Deus qua-*
 v. 26. I. Maxima pars hominum non *rendus.*
 verè quærun Deum. II. Vel ibi
 B 2 quæ-

quærunt, ubi non est, neque esse potest, scilicet in peccato, vita delicio-
sa &c. Sunt quidam quærentes Deum
per exteriora, deserentes interiora sua,
quibus Deus interior est. *S. Aug. de
Spir. & Anima c. 51. Quærite, quod
quæritis, sed ibi non est, ubi quæritis eum,
id. 4. Conf. 12.*

*Peccator.
infelix.*

THESIS XV. *Medius autem ve-
strum stetit. Joan. I. v. 26. Infe-
licitas Peccatorum ex duplici fonte
promanat. I. Quia non cogitant,
quod Deus ipsis præsens sit. II. Quia
non cogitant, quod ipsi Deo sint præ-
sentes. P. Nemyen in Cogit. Christian.
11. Febr.*

superbus.

THESIS XVI. *Tu quis es? Si-
cut tempore Belli, nemo ab Excubiis
interrogatus: Quis? responder: Ho-
stis; sic nullum ab Ecclesia interro-
gatus: Tu quis es? responder: Ho-
mo peccator sum. Interroga per o-
mnes status, infantem, puerum,
invenem virum, senem, omnes su-
perbè respondent: Non sum.*

Honor.

THESIS XVII. *Non sum ego Chri-
stus. Joan. I. v. 20. Verus modus*

acquirendi honorem est illum contemnere, uti videre est in Moyse coronam Ægypti recusante: Constitui te Deum Pharaonis. I. Qui mundi gloriam ardentem quærit, ipsam non invenit. II. qui verò eam contemnit, ipsam adipiscitur. Gloriam enim contemnere est ipsam obtinere, *Hector Pintus in c. 16. Ezech. Bern. Finetti. Confid. Moral. hic.*

THESIS XVIII. *Rectas facite semitas.* Matth. 3. v. 3. Vide infra Dom. 4. post Pascha. Thesi 1. de Semita peccatorum. *Semita peccatorum.*

THESIS XIX. *Non sum.* Joan. *Humilitas*
1. v. 21. Disce à S. Joanne non usurpare titulos tibi non debitos. Non sum ego Christus: II. abscondere etiam congruos: Propheta es tu? & respondit: non. Confiteri humiles: Ego vox. *Durand. Doct. Theol.*

DOMINICA IV. ADVENTUS.

THESIS I. *Prædicans Baptismum* *Pœnitentia.*
B 3 Pœ-